

## SERMO

## LVI

potest nos saluare si ei assentimus. alias penitus non saluat. **Heb.**  
**v.** Fact<sup>9</sup> est oib<sup>9</sup> obtpantib<sup>9</sup> sibi causa salutis etne. Et sic ptz quartu

**Domnica quarta de euangelio sermo lvi.**

**A**men dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. **Joh. xvi.** Quia christus inquit homo est aduocatus hominum apud patrem in curia celi. ut dicit. **Joh. ij.** Aduocatum habem<sup>9</sup> apud patrem iesum christum iustum. Qui quoniam hec verba dixit post cenam in die iouis statim et in breui erat ab apostolis recessurus et ad curiam patris iturus. Ideo in verbis premissis christus docet apostolos et inducit ad petendum et formandum petitiones suas ad patrem. Petite inquit. Que parabola est temporis instantis. Quia secundum representationem ecclesie aduocatus et frater noster christus in breui est iturus ad celum. ubi facta nostra examinant et iudicant et unde nobis omnia bona proueniunt. **1. Cor. i.** Omne datum optimum et omne donum perfectum deus sursum est. Et ideo christus in verbis premissis in persona apostolorum nos hortatur et docet petitiones nostras formare. quod ipse est eas pre fideliter porrecturus. ac etiam effectum mandaturus. **Vn** ait. Amen amen dico vobis etc. petite et accipietis. In quibus verbis quattuor aduertitur. Primo diuina largitas demonstrat et nostra negligentia redarguit. quod inuitat nos ad petendum et omnia dare permittit. In principio euangelij. Secundo tempus claritatis et obscuritas circa christi opera insinuat ibi. **1. Cor. i.** in puerbis locutus sum vobis. venit hora cum iam non in pueriloquio. Tercio magna virtus perfecte orationis inuitur ibi. Et non dico vobis quod ego patrem rogabo de vobis. Quarto apostolorum intelligentia fuisse erecta ad christum declarat ibi. Ecce nunc patet et pueriloquio. diuina largitas demonstrat que pater quantum ad quattuor. Primo quod iurat omnia petita largiri. ut petere non debeamus dubitare. **Ame ame** inquit. qui est modus iurandi in nouo testamento. In veteri testamento iurabat deus per seipsum. **Gen. xxij.** Per memetipsum iuravi dicit dominus. **Gal. ij.** Abrae namque promittens deus cum non haberet maiorem per quem iuraret per semetipsum iuravit. Secundo quod docet unam rem in qua et per quam omnia bona nobis donantur scilicet nomen iesu christi ut faciliter impetrem. Si quid inquit petieritis patrem in nomine meo etc. In nomine dei nostri inuocabimus. **Actu. iij.** Non est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Propterea quod dicit. **1. Cor. xvi.** Domine nomen tuum et memoziale